Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput VIII.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

crucem; ex ejus præscripto, illi osculandam offerunt;
ipsi precationes quasdam, quas tenebant memo-
ria, super eum recitant, extemplò morbo pueros
cum utrique quàm Francisci fides ac virtus que
reddidit liberos, omnibus qui aderant, admiratione
defixis. Hæc fama non sine magna Xaverij
laude manans, clariorem ejus animi demissionem
fecit: nam miracula diuinitus ab se, circummissis
pueris, edita, ipse à semet abjudicans, adjudica-
bat fidei puerorum ægrotorumque. Cæterum dum
omni ratione abjicere se se, suàmque virtutem occulere
conatur, auxit splendorem sanctitatis suæ. Pro-
inde ut erat non egregia virtute solum, sed
etiam Christiana humilitate conspicuus, vulgò sub
Pater Sanctus appellabatur, adeò occultata
virtus ejus extitit illustrior

Xaverij humilitas.

Pater S.tus appellatur.

Tradendæ Christianæ doctrinæ Vicari-
os sibi substituit, eisque certum sti-
pendium à Rege Lusitaniæ impetrat.

Cap. VIII.

Spectata in depellendis morbis neophytorum
fides atque industria, ad communicandum cum
eisdem laborem plebis erudiendæ Xaverium ac-
cendit. Itaque delectu habito, quibus haud
minus sedulitatis erat quàm pietatis, eos
quoque noctu dimittebat, monitos, ut in domi-
bus, vijs, plateis Catechismum, ita ut accepe-
rant, rudibus traderent. Ubi rem pulchrè in-
stitutam suis jam viribus niti videbat posse,
in alium vicum ipse cum pueris commigrabat
eadem ratione pagos reliquos erudiebatque.
Quos omnes ubi obierat, quietis immemor la-
bore in orbem redeunte ad proximum vicum rever-
tebatur, confirmabatque si quid fortè labaret:
eodemque ordine pagos deinceps recurrebat om-
nes. Inter hæc non modo ad proceres tam-

Cathechismi tradendi laborem in pueris commendat.

-quam

pus: sed etiam in posterum rem Christianam
stabiliendam rebus; in singulis pagis oppidisque
Christianæ institutionis relinquebant exemplum
scribendi gnaris, ut id describerent, mulieres ut
edifcerent, quotidieque memoriter recitarent
præcipiebat. In omnibus etiam vicis instituit,
uti festis diebus omnibus neophyti omnes
in locum congregati, Christianam doctrinam
certi pueri decantarent. Ut autem recta
institutio recte atque ordine procederet,
Vicarios muneris sui relinquendos existimans,
in oppidis vicisque singulis unum aliquem
Christianæ rei Curatorem (: Canacopolas ipsi
appellant.) constituit. Et Canacopolis (: ne-
quando tam necessarium institutum interi-
ret.) à Prætore Indiæ certam quotannis

Canacopolæ Francisciani

pecuniam attribuit ad victum. Canacopo-
lis instituendis causa hæc fuit, ut essent,
qui pueris morbis periclitantibus baptis-
mo succurrerent in tempore, cæterisque in
rebus, quæ moram dilationemque non patiunt,
neophytis subvenirent, quoties ipsius Fran-
cisci occursum locorum longinquitas mora-
retur. Deinde omnibus in locis singulos
binosve delegit, qui disciplinæ Christianæ
intelligentia, gravitate vitæ, pietatis ar-
dore, morum integritate, inter cæteros e-
minerent, his baptismi ratione tradita man-
davit, ut si quando ~~baptismi~~ necessitas
urgeret, impigre baptisarent infantes, si
quid invidisset gravius, referrent ad se. At
in suo quisque pago: ob Sacerdotum inopia
insuper Curionum seu Parochorum erant, vicem
suam

sacram curabant: bis in die Catechismum
tum Latino, tum patrio sermone, mane vi-
ris, post meridiem mulieribus, tradebant.
Neophytos quoque de more pronunciabant
inquirentes ecqua connubiorum forent impe-
dimenta: praecipue vero periclitantes aetatis
imbecillitate infantulos baptismate abluebant.
Iidem susceptorum nuper Xaverij nomine puero-
rum eo anno natorum, itemque habentium a-
pud se pellices, inimicitiasque inter se exer-
centium, edebant statim, quo ille huic rebus
remedium quam maturrime adhiberet. Ita
eos omnes praecipuos celeriter singulis in
locis cognoscebat pariter & componebat, ut
quam minima mora interposita transiret
alio. In hos omnes Canacapolas, Xaverij ro-
gatu quadringenti aurei ex publico à Prae-
tore Indiae attributi, ab Rege Lusitaniae
confirmati deinde sunt. Ea pecunia Reginae Lu-
sitaniae soccum & crepidam nomine pensi-
tabatur. Quocirca Franciscus ad Catharinam *Epistola ad*
Reginam tam salse quam pie scripsit: Non alios *Reginam Lusi-*
fore soccos aut crepidas aptiores, quibus *taniae*
ipsa scanderet in coelum, quam pueros Chri-
stianos orae Piscariae eorumque institutiones.
Quare orare se, ut soccorum crepidarumque
suarum vectigal ad sternendam sibi in coelum
viam illorum praeceptoribus attribueret,
laeta tali commutatione, qua nullam potiorem
optare potuisset. Illa, ut erat foemina insi- *Liberalitas*
gni religione, totam rem valide probavit: *ac pietas Re-*
suumque illud tributum Canacapolis, neophy- *ginae Lusitani-ae*

torum magistris

phytorum magistris, nolens ut liberis con-
ferret. Ita auctore Xauerio, liberalitate Re-
gis; Regis auctoritate, constituta res stabili-
tatique, non majore illorum merito, quam
rei Christianae emolumento.

Brachmanes conuincit, nonnullósque eorum conuertit.

Cap: LX.

Inter haec haud nihil cum Brachmanis Fran-
Brachmanes eorumque religio. cisco negotij fuit. Inter omnes Indorum gentes
non solum nobilitate sed etiam sapientia e-
minent Brachmanes, stirps regia eadem et sa-
cerdotalis. Unum ipsi Deum colunt (: Parabrama
vocant:) principium rerum omnium, omni ex par-
te perfectum, quippe conditorem caeli terraeque.
Sed fabulas innumerabiles ad decipiendum
vulgus, effingunt vero: ab illo tres filios pro-
genitos, mundique administrationi praepositos,
quorum tamen una sit natura, una divinitas.
Id adeo Brachmanes ipsorum significant cingu-
la, quibus in extremis terni ex nodo funiculi
pendent, acceptam olim trini Dei veritatem,
siue improbitate hominum, siue daemonum callidi-
tate adulterante. Fana quoque Dijs illis dicata
visuntur cum ternis turribus ab imo sejunctis,
paulatimque in unum coeuntibus. Eorundem simu-
lacra varijs formis, quas olim induerint ficta,
Pagodes ab ipsis vocantur. Et Brachmani qui-
dem apud Indos doctrinae et abstinentiae famâ
nobiles, in Comorino promontorio insuper sunt
Brachmanes improbitas et nequitia nequitiaque insignes. Quippe in ea Indiae parte
paupertatis quam longe ipsi ferunt impatientes
ingenitae nequitiae nefarium addunt dolum. Ig-

remotis